



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors**

**Cabilliau, Baudouin**

**Lovany, 1642**

Elegia 15. Herodem Manahem conuiua & amicus arguit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](#)

Iam natat in patinis mens. sed quod specto piacum ?  
 Nescio quis stillat lance rubente liquor.  
**A**dspexi proprius, tristi caput incubat auro,  
 Cui riget impexis horrida sylva comis;  
**I**d cuium est? cælumne rei caput istud, an hostis?  
 Pro scelus! hic vatis lugubre specto probrum.  
 Tum conuua grates racito sub dente querelas  
 Mandit, & hos surdo mussitat ore sonos.  
 Indignum facinus! turpatos sanguine crines!  
 Sustineat tantum regia mensa nefas?  
 Ergone natales epulas struit ursus Idumes;  
 Ut fluat innocuus pocula per atra cruor?  
 Impius adiuras vitali lucis in ortu,  
 Heu! nimium duræ vota scelestæ necis!  
 Idque leui saltu, lupa quem rapit incita vento?  
 Hoc caput heu! merces digna sit ergo choro?  
 Impia cum citharisque, lyrisque, chorisque, rosisque,  
 Aufer in vndosos, Æolè, monstra lacus.  
 Audeat immanes pro comitula lena furores?  
 Quid gladio & speculo bella puella geret?  
 Ipsa sum in echo sceptrumne extorsit & ensem,  
 Dux Cypris arma gerit; Mars ut inermis amet?

*Elegia 15.*

*Herodem Manahem conuua & amicus arguit.*

**V**T Baccho iam victa suis; sitit ursa cruorem,  
 Cui ieuna nouam parturit ira stim.  
 Id quod enim viuis oleum sit pingue caminis,  
 Hoc odio est, vincto qui cadit ense, cruor.  
 Quin & inexpletum pascit fera cæde furorem:  
 Inque epulis mors struit ipsa suas.  
 Cerne, verecundo schyphus, & lanx omnis in auro  
 Erubuit diras ad sua probra feras.  
 Vertitur hæc inter tristi rea mensa pheretto,  
 Carnificesque armat turba scelestæ manus.

*Euantesque*

Equantesque choros inter fera ludit Erinnys,  
 Nata viros thyro cædere sanguineo.  
 Rursus inhumanos credas cœnare Cyclopas,  
 Queis homo sit crudæ preda cruenta gulæ.  
 Tu cui iucundæ frondosa pèr orgia mensæ,  
 Prælambunt teneras myrtlea ferta comas,  
 Si sapis, ô demens, ne cuilibet iniçe dextram;  
 Et cui te monstro credis, id ante caue.  
 Falleris, hinc blandam si ludere credis amicam.  
 Menas in hac vna Mænade cuncta furit.  
 Parturit hæc omni lupa pardale lauior iras,  
 Quæ sibi de taxo & comit ense caput.  
 Heu! ubi conuinias hilarat festinus Iacchus,  
 Impius incestat pocta cruenta dolor.  
 Siccine natæles tu mortis in orgia ludos,  
 Feralique bibes pocta cruenta mero?  
 Sic tibi iucundæ tristi sub imagine vitæ  
 De dape, deque mero gaudia festa fluunt?  
 O malæ nupta tua Circe furiosa Lyæ!  
 Te quantum magicæ mutat vt arte Cypris!  
 Sed Venus, vt molli percussit pectora thyro;  
 Asperat imbellis Martis in arma manus.  
 Instituitque choros fera queis præsultat Erinnys,  
 Vnde chori circo pompa furoris eat.  
 Ast ubi sic aperit tristi se scena theatro;  
 Panditur æternis ianna furua togis.  
 Ut lubet, æterno duc orbe volubilis orbem:  
 Vt sumus huic orbi punctus Avernus erit.

(a) Manahem fuit cum Herode adhuc infans  
educatus, postmodum Christi alumnus.

### Elegia 16.

#### Capiti S. Ioannis illudit Herodias.

**S**Cilicet hoc deerat iam tot post sæcla ferarum;  
Vt struat humanas regia mensa dapes,